

August Varenius Johannes Sandhagen

Illustrissimorum Locorum Levitici Decas V. : Exhibens Scholam Matrimoniam & in illa Leges De incestis nuptiis & interdicta omni pollutione, sive in Coniugio, sive extra Coniugium, sive intra sexum & speciem sive extra ex cap. XIIX. Et Scholam Politicam Officialem ex cap. XIX. Poenalem ex cap. XX.

[Rostock]: Richelius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740035207>


Druck Freier  Zugang



R u Meol 1662

August Varenius /c

Verf. à Johannis Sandhagen



אין סדר נכבד ונאמן

Illustrissimorum Locorum

LEVITICI DECAS V.

Exhibens

SCHOLAM MATRIMONIALEM

& in illâ Leges

De incestis nuptiis

& interdictâ omni pollutione, sive in Conjugio,
sive extra Conjugium, sive intra sexum

& speciem sive extra ex cap. XII X.

ET SCHOLAM POLITICAM

OFFICIALEM ex cap. XIX.

POENALEM ex cap. XX.

Quam

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

*Cujus sanguis purgat conscientiam nostram à mortuis operibus
ad serviendum DEO vivo*

PRÆSES

AUGUSTUS VARENIUS.

Univerf. Rostoch. h. t. RECTOR,

Et sub illius Præsidio

JOHANNES Sandhagen/Northusâ-Cheruscus.

In hoc actu RESPONDENS,

PURIS CORDE

publicè representabunt

In Auditorio Magno d. XXX. Augusti horis ab 8. antem.

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr. 1662.

LEVI
DE CAS V

SCHOIAM MATRIMONIALEM

ET SCHOIAM

AUGUSTUS VARENIUS

JOHANNES

Ad Præstantissimum Dominum
JOHANNEM Sandhagen/
Northusô-Cheruscum,
IN SCHOLA LEVITICA
publicè RESPONDENTEM.

Post Adyti veneranda sacri, Schola panditur ergo
Proxima Conjugii, ne fors oblita decoris
Obscenæ latebras geminata libido requirat
Et rumpat vetitos aditus & claustra relaxet
Dum sibi cuncta petit, cupit atqve negata cupido
Quæ, velut immanes referat dum bellua rictus
Expleri pasciq; nequit, quæ flagrat amorum
Tot stimulis, cæsaq; furit pollentius Hydra,
Est DOMINUS Sanctus, puræ sacraria mentis
Ille cupit, puris tantum sanctisq; videndus.
Hos amat, his pandit cœli purissima templa,
Projicit impuras animas, cumq; omnia cœlo
Consistent facta palàm, cum lux altissima fati
Occultum nihil esse sinat, latebrasq; per omnes
Intret, & abtrusos exploret clara recessus
Adspicit iratus, sceleri q; extrema minatur
Si coëant Socer atqve Nurus, Generi q; Socrusq;
Si malè privignus retegat velanda Noverca
Si patruus Fratris, vel Avunculus ipsa Sororis
Natae conjugium petat, & sacra jura resolvat
Si ruat incestas in, quovis nomine, tædas
Impurus, subeat vé toro ingeniosus Adulter
Vel sexum superet, vel non humana requirat

Evomit

Evomit hos natale solum, purgatur, & imis
Sedibus ipsa ruit tellus impura, tremendi
Vindicis imperio. Sic panditur ira Tonantis!
*Hec tibi materies sancta est. Hic pugna, erium fusus,
Vidimus egregias ardenies Numine flammæ
Graciamur q̄ tibi studium pectus q̄ decorum.
Sic pergas, sic gratus eris, sic luce Magistrâ
Cælesti clarum & victurum nomen habebis.*

Celerr. honori & amori

quod debuit

A. Varenius, D.

Sic est: Juventæ cum docilis rudes
Finguntur anni cultibus optimis
Messis beata tunc honoris
Perpetuo sequitur celebris.
Hujus benignæ divite copiâ
Agnate Magno VARENIO DUCE
Fruges diu labore multo
Eveniunt Tibi comparatæ
Sint ergo faustæ, sint Tibi prosperæ
Illæ sudoris primitiæ tui
Sint acrioris in libellis
Indaginiis stimuli perennes.

Scrib. suo agnato

Casp. Herm. Sandhagen.



SUM IHOVAH. Ubi autem DEUS vel Lex divina loquitur, ibi taceat Lex humana: sileant mores, vel consuetudines gentium. Porro phrasi S. Spiritus *cognatus noster*, sive *propinquus caro nostra* appellatur. Sic Laban Avunculus ad Jacobum: אָךְ עֲצָמֵי וּבָשָׂר אִתִּי Gen. 29, 12. conf. v. 13. conf. Isaia 58, 7. Inde porro *Caro nostra carnis*, tam *affinitatis* quam *consanguinitatis* propinquiores in tribus lineis & ob propinquitatem proximam prohibitos gradus complectitur.

Concl. 2. Suppositâ tali legitimatiōe autoritatis & necessitatis 2. ratio singularis explicatur tūm 1. ab interdicto incestuorum conjugiorum, à v. 7. ad 18. atque hinc indiculus interdictorum graduum, hoc ordine. Interdicitur scilicet concubitus (1) cum Patre vel Matre v. 7. (2) cum Vitrico vel Noverca v. 8. (3) cum Sorore sive ex utroque parente, sive ex alterutro tantum v. 9. sive sit מוֹלְדֵת בֵּית, sive מוֹלְדֵת חוּץ id est, juxta Chaldæum, sive מוֹלְדֵת מִן אִמִּי אוֹ מִן אָבִי, id est, nata ex eodem tecum Patre et si alia Matre, sive מוֹלְדֵת מִן אִמִּי אוֹ מִן אָבִי, id est, nata ex eadem tecum matre, sed alio patre, et si Aben-Esra mavult intelligere prius de uxore qua אִתִּי אִרוּסִין וּקְדוּשָׁה, parit: posterius autem qua אִתִּי מִסְתַּחֵף אִוּוּ סַמְשַׁפֵּט בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל, ut adeo sensus sit 2. qvè abstinendum à Sorore vulgò questâ vel ex concubina patriâ natâ, quàm legitimâ. (4) Cum Filia, nepote, nepse v. 10. (5) Filia Noverca ex posteriore Marito vers. 11. (6) Amitâ v. 12. (7) Matertera v. 13. (8) Patru uxore v. 14. (9) Nuru, vel Genero v. 15. (10) Fratris vel leviro v. 16. (11) Privigno, privignâ, vel quasi privigna, eorumq; liberis, v. 17. 1. Stieff. Tochter 26. Stieff. Johns Tochter 3. Stieff. Tochter Tochter.

Concl. 3. Tūm 2. ab Interdicto omnis pollutionis ordinariæ contra castitatem, sive in conjugio, per digamiam, v. 18. per concubitum cum uxore בְּנִרְתָּה seu tempore separationis suâ, v. 19. sive extra conjugium, per adulterium, v. 20. per semen traductum Molecho, (i. e. Egyptiorum Marti, ex quorum ritibus, ille Planeta dominantis in ignem cultus perseveravit apud Ammonitas in idolo patris nominis, vid. 1. Reg. 11, 5. 2. Reg. 23, 11.) v. 21. & Conf. c. 20. v. 2. & seqq. Sum.

Tum deniq; 3. ab Interdicto concubitus contra naturã, sive qvoad
 sexum, per Sodomiam vers. 22. sive qvoad speciem per bestialitatem
 utrumq; quidem הויעבה s. abominatio: sed posterius, qvov; חבל
 seu horrenda confusio, vers. 23. Subjicitur his repetitio summaria
 & iterata horum graduum & caluum prohibitio cum rationibus
 1. Flagitia illa fuerunt impurissimarum gentium. E. non conveniunt populo
 sancto. 2. Flagitia illa inquinant terram 3. Faciunt, ut hac evomat incolas.
 4. Faciunt ut excindatur anima è medio populi sui à v. 23. ad 30. Tãdemq;
 conclusio. E. Statuta mea observabitis, nullo abominabilium illorum in-
 stitutorum vos polluetis: inprimisq; sigillum divinæ majestatis יי
 הויה, id est, EGO SUM DOMINUS, atqve ita à qvo stereoma-
 te incepit, in eodem planè Epiphonemate desinit v. 30.

LOCUS II. De Nuptiis prohibitis inter Fratres & Sorores,

Levit. XII. 9. 11.

Concl. 1. Qværitur 1. An v. 9. de Sorore sive intra conjugium, vel
 consanguineã s. ab eodem patre vel uterinã s. ex eadem matre, sive extra
 conjugium per fornicationem: in v. 11. autem de sorore germanã in legi-
 timo & pleno toro? Resp. Prout v. 8. Uxor patris Noverca est, & Ma-
 tris contradistinguitur v. 7. Ita qvovque Filia Matris in v. 9. contra-
 distinguitur Filia Uxoris Patris, in v. 11. atqve adeò Filia uxoris
 patris mei, est Filia Noverca mea, non soror germana, nec uterina,
 imò nec agnata. Qværitur 2. An rectè Ludov. de Dieu ver-
 sum 9. intellexerit de Filio 2. nuptiarum, qui prohibeatur ducere Filiam
 primarum nuptiarum, seu dimidiam sororem, sive sit tantum patris, sive
 tantum Matris: Versum autem 11. de Filio 1. nuptiarum, qui prohibea-
 tur ducere dimidiam sororem ex 2. nuptiis? Resp. 1. Tãm Soror est,
 tãm sive Patris, sive Matris Filia respectu Filij primarum nuptiarum,
 quæ est dimidia Soror, sive ex eodem Patre, sive ex eadem matre secunda-
 rum nuptiarum, quàm Filia primarum nuptiarum, respectu Filij secunda-
 rum nuptiarum. Nihil ergò peculiare in v. 9. pro Filio secundarum nupti-
 arum. 2. Dimidia soror ex secundis nuptiis, quàm noverca mea Patri
 meo peperit, revera est Filia Patris mei & soror agnata, atq; adeò pro-
 hibetur in Lege v. 9. Du solt deiner voll. oder halb. Schwester; sie sey dei-
 nes Vaters (aus einer andern Mutter) oder deiner Mutter (von einem an-

dern Vater) Tochter/ daheim oder draussen gebohven/ Scham nicht blößen.
*Quod Filij secundarum nuptiarum defunctam Patris ex primis nuptiis uxorem nunquam novercam agnoverit, prout Filius primarum nuptiarum illam quam Pater secundis nuptiis duxit: quod filia primarum nuptiarum Filium secundarum necessariò atate vincit, prout Filius primarum, Filiam secundarum, ad distinguendas LL. non sufficit, cum tam sit soror mea, quæ est Filia vel Patris mei, vel Matris meæ ex i. nuptiis, quàm quæ alterutrius ex secundis nuptiis, tam quæ ante me atate. quàm quæ post. Abstinentum ergò illis vi Legis in v. 9. 3. Supposuit Ludov. de Dieu in v. ii. talem intelligendam Filiam Noverca, quæ simul dicatur nam ex patre tuo: Cæterum erratum in תורה, ac si illud esset formæ passivæ, cum sit formæ activæ Hiphil. Equidem in structurâ, *Moledehb* v. 9. referendum ad Filiam. Cæterum, ut relatio fiat in casu non recto: sed obliquo ex natura correlatorum seu, *תורה* n. Sic v. 9. reddendum; *Quod attinet nuditatem sororis tuæ, Filia Patris tuæ, vel (saltem) Filia Matris tuæ, sive sit illius, qua peperit domi, sive illius, qua peperit foris, nequaquam revelabis nuditatem illarum.* Porrò v. ii. *Quod attinet nuditatem filie uxoris Patris tui, (quæ inquam, Filia est Novercæ, scilicet illius) quæ peperit Patri tuo (soror tua est) nequaquam (adeò) revelabis nuditatem ejus.* Fundamentum ergò, ex quo contra *interdictum conjugij cum comprivignâ* hic agit Ludovicus lubricum est. Qvò magis mirum, cum Versio nostra Germanica legat: *Die Tochter die deinem Vater gebohven ist/ in Summariis tamen notari interdiktam, die Halb Schwester/ wenn sie auch schon von seiner Stieff-Mutter aus ihrer vorigen Ehe/ und nicht mit seinem Vater gezeuget wâre.* Tali scilicet casui nullus locus in his LL. juxta interpretationem Lud. de Dieu, & nostram Germanicam. Et in libro tamen vom ehelichen Leben/ (unde *Indiculus ille Germanicus petitus, & quoad verl. 9. & ii. exegesi donatus* videtur) ita numerat Lutherus: *Meine Schwester/ meine Stieff-Schwester.* Contradistingvuntur ibidem: *Meines Vaters Schwester/ meiner Mutter Schwester/ (velut cum quibus nuptia interdiktæ) personis permittis, Meines Vaters/ oder meiner Mutter Stieff-Schwester.* Apparet inde exegesi illam in
Summa-*

Summaris Biblicis non destitui Autore Luthero, qui in interdictio Sororum intellexerit allerley Eteff. Schwestern. Addit tamen: Non finder in der Schriffi, daß mit allerley Eteff. Schwestern nicht so hart gespannter gewesen: denn Thamar/ Absolomis Schwester/ meynet/ sie hätte ihren Eteff. Bruder Amnon wol haben mögen. At sanè Thamar Amnonis erat non Comprivigna: sed Soror consanguinea, ex eodem Patre Davide, etsi diversa Matre. At Absolomi germana, & ex eodè Patre, & ex eadem Matre Mabacà sc. filia Talmi Regis Geschuris. Neq; magis legales fuissent nuptiæ Amnonis cum Thamar, quam Absolonis cum plena Sorore: quia interdictæ in unâ lege Levitici v. 9. Nec Thamar evitandî flagitii causâ in tanto periculo suadens Amnoni, ut alloquatur Regē, ne interdicatur, agnovit nuptias legales inter se & Amnonem Fratrem possibile, nec adeo incestas, 2. Sam. 13, 13. Nec ergo inde probatur Thamar Amnonis comprivigna, quæ in utero matris ex priore Marito gravida intraverit domum Davidis, prout Raschi, & ex hoc Lyra deliravit.

Concl. 2. Quia *ἐπιόμοιότητις ἀδελφῆς*, actum verl. 9. proinde Zelotæ quondam literæ Mosis Sadducaei legem v. 11. intellexerunt de *patris privignâ, quam Pater adoptasset*, de quâ adoptione *ἡ* Hebræorum, & *ἡ* Græcorum, intelligendum alicubi notavit in Luc. 3 Grotius. Notavit idem Romano jure nos vetari Sorores per adoptionem factas ducere, quamdiu manet adoptio. Constant illa vel ex Elementis Juris seu Institut. de nuptiis. De adoptiva nihil in fontibus. Pro Comprivignâ interdictâ faciunt longe plurima, adeo ut, cum Junius & Tremellius, nescio quam hic statuerint appendicem de connubio liberorum natorum ex parentibus sanguine sibi conjunctissimis, cum Aben-Esra hic fluctuet, An 1. de plena Sorore, ita ut sint *כא לויים*, seu idem bis interdictum: v. 9. & v. 11. *חוק*, seu confirmatio superioris, An 2. Soror ex patre vel matre. An 3. *בת אנוסים*, seu Filia per vim stuprata? nullam convenientiorem fontibus sententiam expresserit, illa, quam *הצדוקים* seu Saducaei tribuit, & velut absurdam rejecit: *הצדוקים אמרו בת אב ופרשו מולדת אביך שגדרה אבן והטעם* id est, *Saducaei dicunt*

cai dixerunt *vers. 11.* non intelligendum de Sorore uterina, vel *ἡ ἀδελφὴ ὁμομητρίας*: sed, *comprivigna* e. s. si pater meus duxerit uxorem, cui parva ex marito priore filia fuerit, qua ad eam una cum novercâ venerit in domum Patris, & ab hoc adoptata vel saltem educata. Quod כולדה de educatione intellexerunt, in illo quidem non satisfecerunt: at in cæteris non hic meriti sunt duram Aben Esræ censurâ: אתר שהמעותיקים אמרו כי ברת אשת אב מותרת אין צורך בוראם מלכם להשיב ער, id est, postquam interpretes Legis dicunt, *comprivignam, vel uxoris ex alio marito filiam Mariti ex aliâ Uxore Filio esse permissam, non opus est respondere commensis illorum, qui ex animo suo comminiscuntur.* Nolimus tamen zelotæ esse pro tali *Comprivignâ* in v. 11. Convenit rectius talis casus: Si *Noverca mea postquam peperit Patri meo, sive post hujus mortem, sive post justum divorcium, ex alio filiam procreaverit, quæritur an hujus nuptiis mihi abstinendum?* Affirmatur.

LOCUS III.

De Nuptiis duarum sororum & Digamiâ,
ex Levit. XIX. 18.

Concl. 1. Idem *Saducei, vel Carai* Legem v. 18. quam *Rabanim, seu Pharisei* de duabus intellexerunt Sororibus in simultaneo conjugio interdictis, explicuerunt simpliciter, de non habendis eodem tempore duabus uxoribus, seu interdicta hîc *Digamiâ*, & multo magis *Polygamiâ*, quam *Caræorum* expositionem nostro seculo renovarunt *Junius & Tremellius*, qui hic consulantur in *Versione & Notis*. Facit pro *Saduceis* vel *Caræis* 1. *Hebraismus* perpetuus אחותה אשה אחת pro unâ ad aliam, etiam in inanimatis usurpatus, imò nunquam de sororibus: prout איש אל רעהו i. e. alter ad alterum. Facit 2. quod conjugium duarum sororum ex naturâ correlatorum ibi sit interdictum, ubi conjugium duorum fratrum. Si scilicet fratrem ducere non licet. E. nec uxoris defunctæ sororem. Sed prius ex Lege v. 16. E. posterius. Quod si non licet post mortem uxoris ducere hujus sororem. E. multo minus viva sorori licet sororem superinducere.

perinducere. Facit 3. illud כַּחֲרֵיב. Talis scilicet superinducta
 ἄνευ ἑσῆ esse dicitur, seu alteram angustia afficere in vita ipsius. Quod
 si illa ἀνεύθεσι 2. sorores, sequi videtur, interdictum saltem ducere so-
 rorem ad sororem, non ducere sororem post sororem defunctam, unde &
 post Rabbaniim & praxin antiquae synagoge, Lutherus noster in libro
 Vom Ehelichen Leben: Ich mag meiner Braut/ oder Weibes Schwester/
 nach ihrem Tod wol haben/ und darff kein Geld darumb geben. Nec adeo
 vel hæ, vel cum Filiâ sororis uxoris incesta forent nuptiæ, &, si vi-
 vente uxore, adulterium quidem: sed non incestus. Ita constans
 traditio Rabbiorum: post mortem uxoris, licitum esse ducere soro-
 rem ejus, & perinde esse sive sit altera alteri ὁμοπατρῆος, sive ὁμομητρῆος:
 ita Autor Pesikta rationem nexus legum v. 18. & 19. dat, quod prout
 post כַּחֲרֵיב נָדָה, seu tempus separationis menstrua, talis purgata est
 permissa: ita & soror una post alteram defunctam. Facit 4. Hypothe-
 sis falsa: prohibitionem illam in L. E. Leviticis esse tantum illa-
 rum personarum (ex quo principio Luth. noster lib. alleg non sal-
 tem pronunciavit in exemplo presenti: sed & in casu patruum & a-
 mitæ, scil. Filius quidem probiberetur ducere amitam vel materteram:
 sed Filia vel soror mea non probiberetur nubere Patruo vel Avunculo)
 contra: Personæ in Levitico expressæ sunt exempla graduum, atq̃
 adeo prohibitio quoque est graduum, (non tantum illarum perso-
 narum, quæ velut exempla illius generalis præmissæ: Ne quis du-
 cat אִשָּׁתוֹ בְּשֵׁרֵי בָשָׂרָא, id est, Carnem Carnis suæ, subjiciuntur) ita ut in-
 terpretativè contineantur cæteri consanguinei, qui in pari
 gradu sunt, sub regulâ generali de interdicitâ Carne Carnis,
 vers. 16. Sic prohibitis remotioribus, etiam propiores interpretativè
 prohibentur. Sic qui gradus in linea ascendente, idem & in descen-
 dente. Sic prohibitâ uxore patruum, prohibetur uxor Fratris Filij. Se-
 q̃veretur aliâ scelus abominandum, ut contra jus naturæ nepotus
 liceret ducere Aviam. Facit 5. Alia Hypothesis Rabbiorum fal-
 sa: scilicet Digamiam vel Polygamiam nullibi in Mose interdictam: Ita
 quoque ex Christianis Hug. Grotius, & Drusus, juxta quos in Ev-
 angelio ruerit verita: sed in Lege licita. Contra Servator in
 Mose, imò in ipsâ Paradisi Lege ostendit interdictum Digamie. Ex-
 empla

empla quorundam sanctorum Polygamorum, non magis legitimum Polygamiam, quam exemplum Parentum Moſis nuptias cum Amira. Sic N. C. Regi Iſtaelis *multiplicare ſibi uxores*, interdicitur. Ergo *duplicare* per ipſam Legem conceditur. Neceſſitas Digamiæ in quodam caſu Legali, non magis obſtat *Digamia interdicitur in Lege, quam neceſſitas ducendi Fratrem ex Lege Deut. 25. 5.* obſtat *interdicto morali & naturali, ac inceſtis nuptiis Levit. 18. 16.* Nec permiſſio ſemper volentis eſt, nec obſtat interdicto. Non videndum quid conſuetudo: ſed quid Veritas habeat. Illa non ſemper eſt optima Legis Interpres. Facit 6. Conſequens abſurdum. Scilicet ſi Digamia ſororum tantum interdicitur. E. non ſororum Lege conceſſa. Facit 7. Admonitio Druſii, qui palinodiam non obſcurè cecinit, quando *Admonitionis* titulo hæc ſubjunct: *Caræorum expoſitionem huius loci, licet praxin contra ſe habeat, nunquam tamen ut abſurdam rejeci. Quin in eâ opinione ſemper fui, ut exiſtimarim Polygamiam Lege vetitam, conſuetudine tantum conceſſam fuiſſe veteribus in qua ſententiâ dubius adhuc animi pendeo & fluctuo. Quæ ſi recipitur, tunc corrui illud de ſore Uxoris, & qua ſcripſi eâ de re, ſcripta nolim.* Argumentum Druſii: *Si Polygamia ſub V. T. fuit jure divino vetita, in Lege Levit. 18. in* וְאִתּוֹתָיִם לֹא יִתֵּן *Digamia ſororum quæ talium non eſt interdicitur.* Sed E. Lutherus noſter in ſcripto ſup. allegato non gradus: ſed *perſonas numerans, & adeo ſtatuens: quæcumq; perſonæ non ſunt expreſſæ, earum nuptias non eſſe prohibitas, retractavit, & ad gradus certos prohibitiones hæc in Levitico deducendas agnovit.*

LOCUS IV.

LEGES POLITICÆ:

Ex Levit. cap. XIX.

Concl. 1. Harum duplex reſpectus: unus officialis cap. 19. alter pœnalis cap. 20. Ibi de officio communi ſubditorum & Magiſtratus. Hic de pœnis, quibus afficiendi transgreſſores officii.

Concl. 2. Ibi 1. officii autoritas commendatur ad v. EGO IHOVAH DEUS vester Sanctus ſum. E. & vos eſtote Sancti. 2. Bre- viarium

viarium officii exemplare præmittitur sc. Ex tabulâ 2. præceptum de honorandis parentibus. Ubi Mater ante Patrem ponitur, ut, cum vulgò Mater ametur magis, quàm Pater, & hic timeatur magis quàm Mater, ostendatur æquè timendam Matrem ac Patrem. Ex tabula autem 1. præceptum de sanctificatione Sabbaticâ v. 3. in quo positum habetur ratio ordinis historici, unde exemplum tabulæ prioris postponitur exemplo secundæ, quia illius immediatè sequitur exegesis. Atq; adeò 3. ratio singularis officii explicatur respectu Tabula prima, per interdictum Idolorum ac imaginum ad cultum fufurum, & per præceptum de accurata observantiâ cultus, cujus exemplum ex Eucharisticis Scholæ Sacrificialis à v. 3. ad vers 9. Porro 4. ratio officii explicatur, respectu tabula secunda, sc. per Præceptum de misericordiâ, quorsum spectat Lex de angulo aliquo agri consiti relinquendo indemeffo, vel indecerpto, qui angulus ex moribus erat agri pars sexagesima, item per Interdictum spicilegij & racemationis, v. 10. de non fallendo, sive per furta, sive per mendacia, sive sub, sive sine juramento, sive per modum subtilem, clandestinũ, ingeniosum, s. חֲשִׁיט, sive per modum crassum, e. c. raptum violentum, s. חֲלִילִי vid. v. 11. 12. 13. de abstinendo ex reverentiâ & timore Dei ab inferendo in surdum, cæcum vè malo, vel simplicioribus scandalum objiciendo, prava consilia suggerendo v. 14. de iudicio in corrupto, s. ἀποκαλιῶς exercendo, unicuiq; ita vendicando suo, ut nec ex commiseratione in pauperem, nec ex honore potentioris distrahatur ab ullius personæ justiore petitione: atque adeò argumenta à conditione personarum (Viduarum, Pupillorum) etsi hominem Christianum ad sympathiam alicubi meritò commovent, imò etiam, ubi sub titulo compositionis amicabilis indictæ (auff einen Verhörtag oder Vorbescheid) agitur, locum aliquem habent, in ipso tamen iudicio seu juris acie vim suam perdunt, ubi valet vox Levitici: Ne accipito personam tenuis: nec honorem exhibeto persona Magni: JUSTE JUDICATO PROXIMUM TUUM. Imò sententiam per errorem juris à te latam potius revocato v. 15.

Obstacula Judicii incorrupti, vindicta privata.

Cap. XIX. Levit. à v. 16.

Concl. 1. Ut Judicium esset incorruptum, removeri voluit sanctissimus DEUS obstacula, per quæ *Justitia* periculum, qualia 1. *Nundinatio fama proximi per detractionem inter populares*, ad inducendam illi infamiam facti, seu sinistram aliorum opinionem, ut à publico quasi rumore accusetur. 2. *Denegatio auxilii vel saltem testimonij*: qui patitur, innocentem, per vim, aut specie juris damnari vel interimi, cum testimonio juvare & periculo eripere posset, *is stare dicitur contra sanguinem proximi sui*. Videatur utrumq; præceptum v. 16.

Concl. 2. Tale 3. *ODIUM Internum*, etiam ubi nullo sive oris sive gestus signo sese exerit. Ubi, cum excipere quis poterit, dari aliquando in Fratrem vel proximo nostro causam odii, seu *peccatum aliquod*, quod mereatur odium nostrum, occupat Lex divina, imperando quidem *liberam correptionem*, ita ut *peccatum non diffinuletur*, sed interdicens tamen odium: *Ne odio habeto Fratrem tuum in corde tuo*, v. 17.

Concl. 3. Tale 4. *Affervatio Irae, & Consilium ultionis ac vindictæ privatae*, sive hæc fiat negativè, scil. *ob acceptam injuriam beneficium alteri negando*, sive positivè, injurias privatim ulciscendo. Inde ergò Lex v. 18. *Ne ulciscitor te ipsum, neque Iram asservato*: quin potius *DILIGES PROXIMUM TUUM SICUT TE*: additur argumentum Majestatis: *EGO SUM IHOVAH*. Per proximum hic, ut & in omnibus Mosis legibus *Israelitam*, aut *extraneum legi subiectum* tantum intelligi, volunt Judæi: non *Hostem* vel *Inimicum nostrum*: sed tantum *Amicum*, Sociniani, juxta quos adeò præceptum de *diligendis inimicis* nullibi in Mose. Refutavit utrumq; in parabolâ Evangelicâ de *Samaritano, & Viatore Hierosolymitano*, Servator in Evangelio.

Concl. 4. Posterius quoque apertè Lex præsens refutat, in quâ ille etiâ & *proximus nobis & diligendus* ostenditur, in quo datur aliquod *odij* fundamentum, in quem *tenaciter irasci*, imò quem

ob. sce-

ob acceptas injurias ulcisci privatim potuissemus, nisi Lex intercessisset: *Ne ulciscitor te ipsum.* Prout ergò alibi in Epist. ad Rom. cap. XII. prohibetur *Vindicta privata*, cap. XIII. imperatur *publica*, ita hic interdicatur *privata*, capite autem sequenti, seu Levit. XX. imperatur *publica*: quoniam Formula illa: sicut fecit, sic faciam ei, in privatâ vindicta damnatur Proverb. 24, 29. In publicâ imperatur Levit. 24, 20. Wie er hat seinem Nächsten gethan / so soll man ihm wider thun. Nec per *Filos populi*, seu populares, excluduntur omnes *non gente Israelita*: nec vox ער includit *solos cives*: sed alias quoque gentes.

LOCUS VI.

De Heterogeneis non miscendis, Lev. XIX à v. 19.

Concl. 1. Tali scil. *Irâ, odio & ultionis privata consilio homogenea dividuntur*, quod ne fieret, ostendit. Interdictum v. 19. de *Heterogeneis* seu כלאים *non miscendis*, in 3. exemplis, scil. 1. *heterogencorum brutorum*, seu שני מיני בהמות, 2. *Heterogenei seminis in arvo vel vineâ*, (conf. Deut. 29, 9.) 3. *Heterogenea vestis*, בגד כלאים, item שטטנו, Lutherus hoster ex mente Hebræorum, quibus idem est, quod צמר ופשתים בגד expressit: Ein Kleid mit Seid und Wolle gemengt. Quomodo & apud Romanos *piaculum commississe* censebatur *Flaminica*, si quæ *tunicam laneam lino confutam* habuisset. Ipsa vox *Egyptiacæ* videtur originis, etsi Rabbini Hebræam volunt, ex 3. vocibus compositam scil. 1. שוע, 2. טור, 3. כור, ita ut vestis שטטנו sit 1. *levigata*, 2. *meta*, 3. *sive acu, sive textoris radio intertextæ* vel *contorta*: quæ cum extra legem sint interdicta singula, (כל אחד מהם אסור) in *Lege non nisi conjuncta*, vel cuncta. Vid. Kimchî & Autor *Miclal Jophi*. Apparet triplici illâ mixturâ usos *Egyptios*, & posteriore etiam ad multa *Magica*. Inde interdictum.

LOCUS VII.

De stupratâ ancillâ, ex Levit. XIX. 20.

Concl. 1. Sequitur *casus stuprata ancilla, & alienigena, & alterius Domini, nec ליתקו* *cujusquam redempta, nec à Patre familias liberata* *se donata*

se *denata* (ubi הַפְּשָׁה se habet prout הַפְּשָׁה utrumq; nomen: הַפְּשָׁה aurem Præteritum Pyhal est notans *donatam libertate*), Vid. Lex c. 19, 20. Absolvitur & stuprans, & stuprata à pœnâ capitali, per illud לֹא יוֹמְתוּ , id est, non supplicio mortis afficiuntur, Sic sollen nicht vom Leben zum Tod gebracht werden. Imponitur autem in foro *Politico* בְּקָרָה : in *Ecclesiastico* sacrificium. Illud v. 20. hoc 21. 22.

Concl. 2. Quæritur heic. Quid בְּקָרָה ? Resp. אֵין לָהּ אַחֵרָה בְּמִקְרָא , id est, Non est ei Soror in scriptura, seu est $\alpha\pi\alpha\lambda\lambda\alpha\ \lambda\epsilon\gamma\omicron\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\eta$. 2. per vapulationem quæ facta loro bovino seu taurino, reddidit Chaldæus, & omnes ferè Rabbini, imò & Commentatores Christiani: quia scil. בְּקָר pecus bucerum notat. E. בְּקָרָה vapulatio per lorum bovinum, seu flagellatio. Ita Jun. Tremell. Vatabl. Vulg. Grotius, ita praxis Judaorum. Resp. 3. à בְּקָר ad בְּקָרָה nulla formalis consequentia, vel analogia, & ipsa vox non nisi $\alpha\pi\alpha\lambda\lambda\alpha\ \lambda\epsilon\gamma\omicron\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\eta$: tutissimum insistere formali conjugationi, unde illud profluxit nomen, & adedò inquisitio saltem, & pro ratione circumstantiarum animadversio imperatur, non præcisè flagellatio, seu $\text{הַמְלָקוֹת שֶׁבְּרִצּוּעָה שֶׁל הַבָּקָר}$ dictatur.

Concl. 3. Laudandus noster Lutherus, quod expresserit: Das soll gestraffet werden/ aber sie sollen nicht sterben. Imò & $\delta\iota\ \text{LXX}$. hic tutissimè inceserunt, ita reddentes: $\text{Ἐπισημασθήσονται ἐν τῷ κρίματι, inquisitio erit illis, id est, renebuntur de judicio sisti, ad cause cognitionem & animadversionem quoque: sed infra pœnam sanguinis.}$ Jonathan utrumq; conjunxit reddens: scrutatio erit in judicio ejus, ut vapulet ipsa rea & non ipse. Quæritur 2. An בְּקָרָה utriq;, an tantùm stuprata? Resp. Chaldæus uterqve pro solâ ancillâ $\text{בְּקָרָה תְּהִי כַרְוָה}$. Ita Onkel. & Jonath. jam alleg. Ita omnes Rabbini & Praxis. Ratio illorum gemina: una verbum fœm. הַרְוָה : altera sacrificium: quia scil. hoc imponitur soli Viro. E. flagellatio solius stuprata. Neutri vis inest. Non illi, quia verbū fœmininum non ad ancillam: sed ad pœnam בְּקָרָה : non huic, quia confunduntur fœm. Rectè Vulg. *Vapulabunt ambo.* Rectius Græci, & magnus noster Lutherus, qui

qvi videantur. Prout à pœna capitali ambo absolvuntur per illud: לא יומתו, id est, *nequaquam morte afficientur*: ita ad בקרה, uterq; tenetur, vi legis.

Concl. 4. Qværitur 3. An hic agatur de ancillâ desponsatâ? Resp. de núbili hîc agi (prout Vulg.) dubium nullum. Qværitur autem, an de desponsatâ? an de non desponsatâ, qvia cuiq; desponsatâ? Pro priori facit ex hypothesi, pœna flagellationis, & ratio negatæ pœnæ capitalis כי לא הפשה. Si ergò הפשה, fuisset capitalitèr puniendâ, prout *Virgo desponsata* ex Lege Deut 22, 22. Fuerit adèò desponsata, & propterea severior censura, etsi, (qvia ancillarum nuptiæ non plene nuptiæ, nec plena sponsalia) non tanta, qvanta in stupratâ ingenua.

Concl. 5. Ita sensit Chaldeus, cui qvæ in fontibus appellatur איש נחרפת לאיש est, נחרפת לחבר, id est, *Ancilla ducta vel accepta à Viro aliquo, Jonathan סחארסא desponsata*. Græci quoque Interpp. idem intenderunt, reddentes: *Διαφυλαγμένη ἀνθρώπων*. Ita Rabbini, qvi explicant per מפורסמת מיעורר ואיש נחרפת לאיש, i. e. *quæ desponsata & propria dicam est Viro*. Addunt agi hîc de ancilla quidem Cananzâ: sed Domini indulto semiliberâ servo Hebræo desponsatâ חציה שפחה חציה בת חורין המארשת. Qvæ scil. sit פרויה ואינה פרויה: seu נפרתה: sed non הפרה נפרתה. Qvia tamen vox נחרפת in hâc significatione nullibi reperitur in scriptura (איני יודע לו דמיון במקרא), ait in hoc loco Raschi) inde Aben Esra: Vox נחרפת, juxta multos dicit desponsatam: ceterum juxta mentem meam, quia illa vox est radicis חרפה, quæ significat opprobrium, hac ancilla non dicitur desponsata: sed quia, virgohæret, tamen serva, seu sub potestate alterius, dicitur נחרפת, seu desponsata. Sequitur Aben-Esram, Junius & Tremellius, non tamen in hypothesi Rab. Aben-Esra, qvæ est agi hic de Ancilla Israelitica, non desponsatâ, qvæ nondum הפשה, seu libertate donata, imò tunc demum הפשה, seu libera, ubi מארשה, sive Domino, sive ejus Filio desponsatâ, ut planè idem hîc sit casus, qvi Exod. 21, à v. 6. ad 10.

Concludendum pro alienigenâ & desponsatâ contra Aben-Efram. Apud Judæos veteres חרופה desponsata. Inde illud Talmudistarum האמר חרופתי מקורשרה, quam quis alloquitur voce חרופתי, seu *Desponsata mea*, illa vere est desponsata: nam in Judæa לארוסה, seu *Desponsatam appellane* חרופה. Sed & nihil obstat in נחרפת retinere significationem Biblicam, ut sit *despecta Viro*, idem quod per concubitum talem non saltem ipsa opprobrium passa: sed & ipsi Viro, cui erat desponsata, per stuprum illatum despecta. Omnino illud שפחה נחרפת לאיש benè notandum: sed & quod positus לאיש non occurrat in territorio 2. sed primo.

Concl. 6. Ipsi Viro peculiariter imperatur Sacrificium pro reatu, seu האשם האיל i. e. *aries delicti*, atque ita *reconciliatio* peragitur Ecclesiastica, & *expiatur peccator* coram foro divino, seu לפני יהוה, v. 21. 22. Inde illud: ונסלח לו מחטאו אשר חטא quem positum impersonalem pulcherrimè noster Lutherus expressit: So wird ihm Gott gnädig seyn über seine Sünden; die er guthan hat. Ita & Chaldaus: וישתבק ליה מחובתיה די חב.

LOCUS IIX.

Syllabus Legum, ex Levit. XIX. à v. 23.

Concl. 1. Sequitur 7. Syllabus Legum in duabus sectiunculis, unâ à v. 23. ad 33. alterâ, inde ad usque finem capituli. Huc ergo pertinet 1. Lex de arboribus plantatis in terrâ, & ab Israelitis ingressuris, quarum fructus per tres annos putandus velut preputiatus: quarto anno in signum Eucharistiae soli DOMINO consecrandus, velut קרש הלוויים: quinto anno liberè ab Israelitis comedendus v. 23. 24. 25. Porro 2. Lex de mensis incruentis sive sint carnes victimarum, sive profanae. Epulandum sine sanguine. LXX reddentes: מן ידו מעד הנה פה ד' קטעו, id est, non comedetis in montibus, legisse videtur דם על הרם id est, super montana illorum, vel super excelsa, prout mos sacrificandi, & simul victimas edendi in locis excelsis ac caelo prioribus, antiquissimus est. In fontibus autem est דם הרם i. e. cum sanguine, vel nondum effuso ablatoq; sanguine. Lex 3. Conjectatur huc & p. e.

Et praestigis nequaquam utendum לֹא תִנְחָשׁוּ וְלֹא תַעֲוֹנוּ v. 26. Per-
tinent huc captationes ominum ex sternutatione, ex oculi subsultu, ex
corrigiâ ruptâ, homine qui nobis primus occurrit, ex quocunq; augurio
vel οὐρανοσκοπία, imò ex meteoris, ex nubibus, qvatenus ex his de e-
ventibus nostris futuris concludimus, vel illis sive ut causis, sive ut
signis nostra imputamus, ut tamè, probabiles, Φυσικὰς ἀεργώσεως
tempestatum hîc non prohiberi, rectè notatum à Rabbinis. Lex 4.
de coma in rotundum non attendenda, nec barbâ radendâ. Prius expli-
cant Hebraei de: וּלְפָרְתָתָּהּ וּלְאָזְנוֹ לְאַחֲרֵי אָזְנוֹ i. e. adequatè
circumcirca præciso capillitio ab auribus ad frontem. Morem illum o-
lim fuisse Arabum Judææ vicinorum, & inde ivisse ad Saracenos,
testes Herodot. Plutarch. Theodor. Mopsuesten. unde factum, ut
per errorem vicinis Arabum Judæis idem tribuerit apud Josephum
Chœrilus, hos appellando ἰσχυροὺς ἄρσας. Pulchrè Luthetus u-
trobîq; qui videatur.

Concl. 2. Lex 5. De castrâ carnis funerali cruentæ, & stigmati-
s. victuris in cute punctis interditiis: v. 20. sive illa כְּחַבְתָּ קַעֲקַע, seu
inscriptio stigmati fieret atramento vel stibio, sive scalpro, sive ferro ignito.
Mos ille Amorrhæorum quondam, conf. quoque 1. Reg. 18, 18. Jer.
c. 16. v. 6. 15. Lex 6. de Filia non prostituenda ad stuprum v. 29. Lex 7.
de observatione Sabbatorum, reverentia Sanctuarij & consulendo solo
יהוה, non Pythonibus, arcolis, (v. 30. 31.) quos ἐργαστομύθους, ἑρπο-
μάντις, ἐπιουδὲ, elegantèr appellant Græci. Hi posteriores apud
Hebræos nomen habent ab insigni scientiâ quam venditabant, apud
Græcos à carminibus, quibus se posse morbos immittere ac depellere polli-
cebantur Lex 7. de honesta canitie veneranda & assurgendo hono-
ratis senibus, ex reverentiâ ipsius יהוה v. 32. Lex 8. de peregrino,
pari cum indigenâ jure tractando, vers. 33. 34. Lex 9. de justitiâ
commutativâ v. 35. 36. Inde conclusio generalis v. 37.

LOCUS IX.

Leges de publicis Judiciis capitalibus, Levit. cap. XX.

Concl. 1. Post respectum Legum Politicarum officialem,
sequitur respectus pœnalis, seu penarum, quibus transgressores af-
ficiendi

ficiendi toto c. XX. Hoc ordine ut i. *pœnarum illarum autoritas commendetur*, quia scil. ipse יהוה dictavit, & per Moſen, in Theocratia in primis Iſraelis, imperavit tales pœnarum ſpecies v. 1. & 2.

Concl. 2. Ratio ſingularis explicetur i. *reſpectu pœnarum impietatis à v. 2. ad v. 9. quorſum pertinet i. Polluens Sanctuarium יהוה & profanans nomen ſanctum eius per deditioem ſeminis ſui traducendū Molecho (conf. c. 18, 21.) cui pœna capitalis per lapidationem, autoritate אלהים, ſeu domus iudicii cœleſtis, id eſt, SS. Trinitatis, à domo iudicii terreſtri dictanda, & à populo terra executioni danda denuntiat, v. 2.*

Concl. 3. Imò excidium è medio populi ſui, per iudicium cœleſte extraordinarium, in primis אהם הוה סתר, ſcilicet. iudicio terreſtri facinus haut innotescat v. 3. Quod ſi poſt ſcientiam dat à opera diſſimulent, ſeu, velut quod ſciunt, neſcientes, conniveant, & occultent oculos ſuos à Transgreſſore verſ. 4. in tali caſu, denunciatur cœleſte ſupplicium, ſeu facies Dei imta opponenda non ſaltem Viro Patratori facinoris impuri: ſed & familia eius, iſtis ſcil. popularibus tantum ſcelus diſſimulantibus, & ipſa conniventia & doxiis ſuam atteſtantis, atque ita ſcornando ſeſtantibus Molechum, aduſq; excidium è medio populi ſui. v. 5.

Concl. 4. Pertinet huc 2. Pœna eadem ſive clam, ſive palam ſeſtantis pythones & ariolos, verſ. 6. vel alios Diabolicis artibus à Dei cultu, & à ſanctificatione avocantis v. 27. Additur finis harū legum pœnalia: *Populus Dei debet ſua ſanctificationi per obſervationem & praxin ſtatutorum divinatorum ſtudere, & Sanctus eſſe cuius ſanctificationis Autor DEUS eſt, unde additur Epiphonena illud: EGO יהוה Sum SANCTIFICATOR VESTER, v. 7. 8.*

Concl. 5. Neque aded in articulo renovationis pugnant enunciationes hæ Molaicæ: ſcilicet, EGO IHOVAH SUM SANCTIFICATOR VESTER, v. 8. & : *Iſraelite debent ſeiſos ſanctificare v. 7. Scilicet, etſi homo non poteſt ſeiſum regenerare vel juſtificare, poteſt tamen, ubi jam juſtificatus vel reſenitus eſt ad renovationem ſuam concurrere, ſeu per acceptas vires ſanctificare ſeiſum à יוהי עשו דו 2. Tim. 2, 19. poteſt, ubi jam arbor boni,*

hor bonæ, bonos fructus facere, atq; adeò non saltem subiectum denominationis est: sed & causa secundaria sanctificationis. Notetur autem nexus causalis v. 8. & 9. scil. *si non observabitur statuta mea, si non studebitur sanctificationi, eritis etiam in foro terrestris puniendi.* Figitur

Concl. 6. Ratio singularis explicatur 2. respectu pœnarum inhumanitatis & in justitia, seu transgressorum tabulæ 2. in quarum classe prima (1) pœna maledicenti Patri suo & Matri sue v. 9. (2) Adulteri vel adulteræ v. 10. (3) Incestus cum Novercâ, s. Vitrici cum privignâ dissolutâ licet adfinitate, seu in sensu diviso: cum aliâs vivente Patre vel Matre, & incestus sit & adulterium v. 11. (4) Incestus cum Nuru illâ sc. qua fuit nurus: eadē ratio generi cum socru v. 12. (5) Concubitus cum Matre & Filia (in sensu composito, ita ut vel Filia Matri, vel Mater Filia superinducatur, seu utraq; vivâ cum altera res habeatur) v. 14. Atq; his incestarum nuptiarû titulis, addatur (6) Pœna זכר שכבת זכר, seu Sodomia v. 13. (7) bestialitatis sive masculina verl. 15. sive feminina, v. 16.

Concl. 7. In omnibus his, decernitur in domo iudicii terrestris dictanda pœna capitalis, per illud, sive מות יומת prout in casu 1. 2. id est, moriendo morte afficitur: sive מות יומתו id est, omninò morte afficiuntur, prout in casu 3. 4. 6. 7. sive ונתן אתו ואתהו שׁוֹרָא prout in casu 5, ubi & ducenti Matrem & Filiam, & utriq; nubenti, si sc. utraq; conscia est, & Κουενδοκῆς ὁ κῆρ μὲν αἰτῆς pœna capitalis in ipsâ specie designatur scil. Vivicomburium, cum in casu 1. 2. 3. 4. 6. 7. obtineret lapidatio: quicquid sit de regulâ Rabbiorum: Ubi unq; in LL. pœnalibus additur: SANGVIS EJUS SUPER EUM, ibi intelligitur lapidatio: ubi unq; sine illo addito: Morietur, ibi mors cœlitus immissa: ubi: יומתו seu morte plectatur, ibi suffocatio, vel strangulatio. Regulæ robur, quod nonnullum habet, in primis ex Lev. cap. 20. v. 27. relinqvimus: Juxta quam in casibus superioribus 1. 3. 4. 6. 7. lapidandus quidem fuerit, scil. in 1. Filius maledicens, in 3. Privignus & Noverca, in 4. Socer & nurus; in 6. Δοσει ομοίτης, & muliebri sponte passus, in 7. ὁ παρὰ μὲν ομοίτης, s. rem habens cum bestia, ipsūmq;

ipsumq; jumentum, sive incubuerit, sive succubuerit, occidendum: ac non in casu 2. adulter & adultera, quia ibi quidem dicitur: **וְיָמוּתוּ** **וְיָמוּתוּ**, id est, Omnino & ille & illa morte afficitur: sed sine addito: *Sanguis eorum super eos*, vid. v. 10.

Concl. 8. In adulterio ergo, genus supplicii non fuerit lapidatio: sed **פְּנִי** s. strangulatio, quæ fiebat per sudarium, utrinq; tractum usque dum reus animam efflaret. Ita Rab. Levi, & Autor Psictæ. Contradicit traditioni vox Judæorum in historiâ adulteræ, **ἡ ἀποκρίσις ἐπὶ αὐτῆς ὡς μοιχευομένης**, de quâ illi: **οἱ κρήνην αὐδακτήρ**: *Moses in Lege praecepit nobis tales adulteras λιθοβολεῖσθαι*, s. lapidare Johan. 8, 5. non refutante: sed comprobante potius Servatore tali lapidationis supplicio in casu præsentis, dum respondet: **ὁ ἀπὸ μάτην ἔσπευον**, *primus lapidem in illam projecit*, v. 7.

Concl. 9. Facit quoque pro lapidatione Lex analogia lapidandi, qui vim intulit, sponsæ alterius: quia scilicet. Sponsa in sacris habetur pro uxore, & tale adeo stuprum, pro adulterio, conf. Deuter. 22. v. 22 23 24. Ibidemq; Legis ratio.

Concl. 10. Concludimus adeo: Non semper, quando illud **וְיָמוּתוּ**, seu morte afficitur, invenitur sine addito: *Sanguis ejus super eum*, intelligitur strangulatio: sed aliquando etiam sine addito, lapidatio. Et licet rectè Aben-Esra: **כִּי הֵנִי קְרִיב לָכֵן** **כִּי הֵנִי קְרִיב לָכֵן**, id est, *Sanguis tam est super eos qui strangulantur, quam qui lapidantur*: licet detur: ubi tale quid additur, ibi Lapidatio: tamen non contra: nec, ubi lapidatio, ibi tale quid additum: nec negativè: ubi non additur, ibi non lapidatio. Regula adeo superior nec est **ὁ ποσὶδὸν μὴ**, nec valet negativè: sed *saltem affirmativè*.

Concl. 11. Addatur: 1. Concubitus Soceri cum Nuru v. 12. appellatur **חֲבֵרָה** seu abominabilia confusio, eodem scilicet vocabulo, quo supra, flagitium succuba bruto mulieris notabatur cap. 18. v. 23. Pro pari adeo scelere habetur apud DEUM, sive mulier cum bruto, sive Socer rem habeat cum nuru: utrobiq; **חֲבֵרָה**, seu *facta cristum*,
 119

sive in uterum humanum fiat profusio $\gamma\omega\eta\epsilon\ \alpha\lambda\lambda\omicron\sigma\gamma\upsilon\epsilon\varsigma$, unde portenta nascuntur, sive $\gamma\omega\eta\epsilon$; Soceri in ventrem Nurus. Sic concubitus masculinus, *abominatio* appellatur v. 13. Concubitus autem cum Matre & Filiâ, זנות , seu *flagitium*, v. 14.

LOCUS X.

De iudiciis cœlestibus extraordinariis per כרת seu *Mortem* immaturam, vel עבירות id est, *sterilitatem*.

Concl. 1. Ita se habuit post pœnas impietatis in tabula prima Indiculus seu Classis 1. pœnarum inhumanitatis in tabulam 2. quæ omnes capitales sunt in iudicio terrestri, sive per lapidationem, s. סקלה sive per combustionem, seu שרפה , liquidi scil. *serpentis*, plumbi per os forcipe apertum in viscera infusionem, & horum adeo interiorum combustionem, illaso manente corpore, seu prout Rabbini: $\text{סצות השרפה במיתרת בירת דין היו זורקין לתוך פיו אבר חס נתן והונו יודר ושרף בני מעים והגוף נשאר קיים}$. Sequitur classis 2. pœnarum extraordinariarum, seu כירי שמים , id est, *per manus Dei*, vel cœlestiû, sine intercedente sententia capitali in foro soli. Ad hanc pertinet (1) pœna concubitus cum sorore, sive plena, sive semiplena *eadem* velex Patre, velex Matre, v. 17. (2) pœna concubitus cum muliere profusio laborante, v. 18. (3) pœna concubitus cum matertera vel amitâ v. 19. (4) Pœna concubitus cum uxore patruï, v. 20. (5) Pœna concubitus cum fratris, v. 21. qualis concubitus, etsi alioqui in certo casu Deut. 25, 5. in Rep. Israelis permissus, appellatur זנות , id est, res exterminanda.

Concl. 2. Pulchrè noster Lutherus: Wenn jemand seines Bruders Weib nimbt; das ist eine schändliche That: prout idem in casu 1. reddidit: Wenn jemand seine Schwester nimbt; das ist eine Blutschande. In fontibus appellatur זנות , quod alii per *probrum*, alii per *gratiam* (quæ famosior vocis acceptio est) reddunt. Notum est, quid sit apud Apostolum $\eta\ \alpha\phi\epsilon\rho\sigma\mu\delta\eta\ \delta\upsilon\sigma\omicron\iota\alpha$, 1. Cor. 6, 3. quàm זנות appellant quoque Græci. Ita concubitus *Cambysis cum sorore* זנות diceretur.

Concl.


Concl. 3. Cœterum tutissimè ex fonte res expeditur. In חסד significatio est *excessus*, seu תוספת quatenus abstrahit à bono & malo, unde jam in applicatione ad bonum חסד est excellens benignitas, seu gratia, וחספת הטוב ויחרון הגמול; in applicatione ad malum autè, *insigne flagitium*, s. *excessus quidam stultitiæ* (יחרון הנכרה) neq; adeò excessus vulgaris: sed insignis. Hinc illæ lacrymæ Thamaris חסד hanc tali voce deprecantis: *Ne frater mi, ne comprimito me.* NON ITA EST FACIENDUM IN ISRAEL. NE COMMITTITO TANTAM STULTITIAM, 2. Sam. 13, 12. & v. seq. Wo wil ich mir meiner Schande hin? Und du wirst seyn wie die größten Thoren in Israel! Non poterat commentarius vocis חסד illustrior dari.

Concl. 4. Tales igitur incestus ac impuritates, etsi non ordinariè per sententiam Judicis morte puniuntur, tamen iudicio cœlesti subjiuntur, & ab hoc per כרת, id est, *prematurum excidium*, dum vix mediâ ætate, & vel immisâ cœlitus plagâ, morte immaturâ, è medio, imò ex aliorum conspectu derepente tolluntur, vel alio quocunqve modo iratam DEI faciem experiuntur, puniuntur.

Concl. 5. Inde est quod in casu 1. 2. expressè dicitur: *exsidentur ambo è medio populi sui*, v. 17. 18. Sic in casu 3. v. 19. *Iniquitatem suam ferunt.* Sic in casu 4. & 5. seu *concubitus cum patris uxore vel fratriâ*, sterilitatis pœna denunciatur. *Morientur* ערירם id est, ἀπεροί, vid. v. 20. 21. Exempla Regum superioris & nostri seculi, in quibus harum pœnarum divinarum spectacula, nihil attinget adscribere, quia publicè constant: nec nos jam personas accusamus: sed Leges explicamus.

Concl. 6. Subjicitur his omnibus conclusio paranetica: *Israëlitæ debent observare omnia hæc statuta: nec ambulare in statutis damnatissimarum gentium: sed esse Populus sanctus, & talem se ostendere.* Ratio 1. *quia per illa flagitia a deo afficitur DEUS.* 2. *Quia propter illa terra nunc evomet illas gentes, & si idem fecerint, Israëlitæ.* 3. יהוה Israëlem ab omnibus terra gentibus discretis, in peculiis selegit, eidem sese specialissimè revelavit. 4. Ipse יהוה sanctus est, sanctum vult habere populum, conf. v. 22.

23. 24. 25. & 26.



the scale towards document

PARASCHA KDOSCHIM. 119

manum fiat profusio *זוהי אלמנטים*, unde por-
tione *זוהי* Soceri in ventrem Nurus. Sic concu-
abominatio appellatur v. 13. Concubitus autem
זוהי, seu *flagitium*, v. 14.

LOCUS X.

testibus extraordinariis per *כרת* seu Mortem
aram, vel *עבירות* id est, sterilitatem.

a se habuit post pœnas impietatis in tabula prima
lis 1. pœnarum inhumanitatis in tabulam 2. quæ o-
in iudicio terrestri, sive per lapidationem, s. סקלה
m, seu שרפה, liquidi scil. serpentiis plumbi per os
istera infusionem, & horum adeo interiorum combu-
nente corpore, seu prout Rabbini: סצות השרפה
במיתת ברת דין היו זורקין לתוך פיו אב
יודר ושרף בני מעים והם. Sequitur classis 2. pœ-
iarum, seu בירי שמים, id est, per manus Dei, vel
cedente sententia capitali in foro soli. Ad hanc
concupitus cum sorore, sive plena, sive semiplena eadẽ
Matre, v. 17. (2) pœna concubitus cum muliere pro-
8. (3) pœna concubitus cum matertera vel amitã
ncubitus cum uxore patris, v. 20. (5) Pœna con-
v. 21. qualis concubitus, etsi alioqvi in certo
Rep. Israelis permissus, appellatur *זוהי*, id est,

ulchrè noster Lutherus: Wenn jemand seines
er das ist eine schändliche Ehe: prout idem in casu
ni jemand seine Schwester nimbt das ist eine Blute
us appellatur *זוהי*, quod alii per *probrum*, alii
amosior vocis acceptio est) reddunt. Notum
postolum *ἡ ὀφειλομένη ἔκδοσις*, 1. Cor. 6, 3. quàm
voque Græci. Ita concubitus *Cambysis cum sa-*
f.

Concl.